



Granum sinapis,

deutsches Gedicht und lateinischer Commentar

aus


dem Zeitalter der deutschen Mystik,

auszugsweise mitgeteilt

von

Prof. Dr. Fedor Bech.





Granum sinapis.

Abissus abissum invocat in voce katherectarum tuarum [1]). Versiculus iste primus in duas partes diuiditur. In prima enim parte dicit, quod abissus diuini sermonis profunditatem requirat expositionis. In secunda hanc expositionem ostendit non nisi per diuinos fieri viros. Prima ibi **abissus,** secunda **In voce.** Sensus verborum hic est: abissus i. e. profunditas sermonis mistici invocat abissum i. e. profunditatem expositionis et hoc **in voce katherectarum** i. e. celestium virorum. Non enim audendum dicere neque intelligere que desuper essentiali et occulta diuinitate ut ayt Dyonisius preter diuinitus nobis expressa. Glossa. Quis enim de natura ineffabile a se ipso repertum dicere presumat, preter quod illa de se ipsa in suis organis sanctis, dico theologis, modulata est illud? et ideo digne **katharactis** i. e. celi hostiis comparantur, quia celum celorum occultum plane*) individue trinitatis per eos enarratur. Nam patre luminum moto processiones carismatum diuinorum in se optime suscipientes et occulti quidem luminis supermundane repleti subditos illuminant et iuxta intellectualium ymbrium fecunditatem diuina mittentes eloquia auditorum corda in vitales euocant partus.

Incipit argumentum.

Sicut **granum synapis**, paruum in substancia et magnum in virtute, salubre multorum antidotum existit morborum, sic presentis materia libelli, quantitate quidem verborum parua, supercelestium onusta virtute, deuotis mentibus remedia largitur viciorum. Materiale nimirum illud synapis granum

Extrahyt humores viscosos attenuatque.
Hoc morbos superat morum, dum vicia curat.
Hoc anime sensus acuit, sed corporis illud.
Emungens lacrimas facit, hoc excedere mentes.
Illud calculum tollit, hoc saxea corda remollit.
Mentis defectus hoc, illud intestina purgat.
Et firmat stomachum, sed magis hoc animum.
Illud cordis, et hoc anime suspiria sedat.
Illud colubri morsum curat, [sed] demonis istud.
Illud lacteas uteri spernit (?), et hoc fidei.

Accedentem ad deum opportet orare, qvm dicat psalmus: accedite ad eum et illuminamini! [2]) et Dyonisius accedentem oportere deum castissimis orationibus invocare dixit, tunc enim ei assumus, cum ipsum castissimis orationibus invocamus. Oremus et accedentes dicamus: Deus, de tenebris lumen splendescere dixisti et sapienciam traxisti ab occulto, hos celestes sapiencie fulgores, tenebras ignorancie nostre latibulum suum ponentes, scientifico tue gracie splendore collustrans, quotiens inmobilibus et non trementibus oculis mentes eos intuentes repercusse cecucinant et inaccessibilis luminis tui perfuse caligine perferre te nesciant et ignorant. Amen.

Incipiunt peryodi **grani synapis.** Prima ponit vnigeniti ab ingenito inseparabilem processionem. Secunda diuini amoris accessionem et horum trium vnionem. Tertia dicit hanc vnionem sensum et intellectum creature excedere, comparans eam spere, cuius centrum immobile. Quarta dicit, qualiter hoc centrum sit cognoscibile et quod eius cognicio ducat in admirabilem solitudinem. Quinta hanc solitudinem dicit incomprehensibilem, nec esse

---

[1]) = Psalm 42, 8. — *) in der Hs. steht **plane** mit einem **e** über dem **a**. — [2]) = Psalm 33, 6.

aliquid eorum que sunt. Sexta ponit eam claram et tenebrosam, immobilem et sine habitu. Septima iubet cognoscentem sensum et intellectum relinquere insuper et ea que sunt. In octava hortatur auctor animam suam a se ipsa deficere, ut in deum proficiat.

De vnigeniti ab ingenito et inseparabili processione.

(Fol. 1[a], Sp. 2.) In dem begyn
ho ubir syn
was ye das wort.
O rycher hort,
5 das ye begyn begyn gebar.
O vater brust,
vs der myt lust
das wort ye vlos:
doch hat der schos
10 das vor behaldyn, das ist war.
(Fol. 2[b], Sp. 3.) Van czwein ein vlut,
der mynnen glut,
der czweyer bant,
den czwen bekant,
15 vluzet der vil zuze geist
vil ebin glich
vnscheydelich.
Dy drey syn eyn:
weystu was? neyn,
20 is weys sich selber allermeyst.
(Fol. 3[a], Sp. 2.) Der drier strik
hat tifen schrick,
den selbin reif
ni syn begreif:
25 hir ist ein tüefe sunder grunt.
Schach unde mat
czit formen stat!
der wunder rynk
ist eyn gesprink.
30 gar vmbewegik stet sin punct.
(Fol. 4[b], Sp. 2.) Des punctes berg
stig ane werg,
Vorstentlichkeyt!
Der weg dich treit
35 in eine wuste wundirlich,
dy breit, dy weit
vmmessig leit.
Dy wuste hat
noch czeit noch stat,
40 yr weyse dy ist sundirlich.

(Fol. 5[a], Sp. 2.) Das wuste gut
ni vus durch wut,
geschaffen sin
quam ni do hin:
45 vs is vnde weys doch nimant was.
Vs hi vs do,
vs verre no,
vs tif vs ho,
vs is also,
50 das vs is weder dis noch das.
(Fol. 6[a], Sp. 2.) Vs licht, vs clar,
vs vinster gar,
vs vmbenant,
vs vmbekant,
55 beginnes vnde ouch endis vri:
vs stille stat,
blos ane wat:
wer weys sin hus?
der ge her vs
60 vnde sage vns welch sin forme sy.
(Fol. 7[b], Sp. 2.) Wirt als eyn kint,
wirt toup, wirt blint,
din selbis icht
wirt werdin nicht:
65 al icht, al nicht treib obir hor,
la stat, la czit,
ouch bilde mit,
genk ane weg
den smalen steg:
70 so kumstu an der wuste spor.
(Fol. 9[a], Sp. 2.) O sele myn,
genk vs, got in,
sink al myn icht
in gotis nicht,
75 sink in di grundelose vlut!
Vli ich von dir,
du kumst czu mir;
vorlise ich mich,
so vinde ich dich,
80 o oberweseliche gut.

Varianten. V. 6 im Laufe des lat. Textes bei Wiederholung des Verses: **brost.** — 9 in der Wiederholung **hot.** — 15 in der W. **vlusit.** — 16 später **ebinlich.** — 20 zwischen **sel** und **ber** ist hier **bes** durchstrichen. — 22 **schrick,** von späterer Hand **i. e. timor** darüber vermerkt. -- 25 vor **tüefe** steht hier **tufe** durchstrichen. — 29 **gesprink,** von späterer Hand **origo** darüber geschrieben. — 30 später in der Wiederholung **vmbewedit.** — 47 später im lat. Text: **Sequitur vs verre na quod est dicere remote et prope vel eminus et cominus.** — 58 später wird citiert: **wer weret sin hus.** — 61 **wert als eyn kint** Fol. 1, Sp. 2. —80 später citiert **oberweseliches,** dann **obirweselichys.** — 69 in der Handschr. steht **stag** mit einem **e** über dem **a.**

Zu Vers 1—10 (Fol. 1a, Sp. 2). Materia huius libri diuiditur primum in duas partes. In prima determinat auctor de theologia distinctiua, in secunda de vnitiua, quod est dicere apercius de diuina trinitate et vnitate. Prima ibi: **In dem begyn;** secunda in secunda peryodo ibi: **dy drey synt eyn.** Et illa diuiditur in tres. In prima quod dictum est s. ayt de trinitate diuina et vnitate; in secunda dicit, cognicionem eius omnem sensum et intellectum excedere, auferens ab ea predicamenta (?) quibus rerum creatarum cognicio plenius habetur. In tertia docet modum cognoscendi. Secunda ibi: **der drier stric** in tertia peryodo. Tertia in septima periodo ibi: **wert als eyn kint** Hec est summa et diuisio huius materie in generali. In speciali vero prima periodus diuiditur in tres partes. In prima parte dicit verbum fuisse semper in patre; in secunda dicit ipsum verbum semper genitum, vel potius gigni a patre; in tertia, ne quis ipsum putet per generacionem separatum a patre ut fieri assolet in creaturis, dicit ipsum manere apud patrem. Partes patent per se. Dicit itaque: **In dem begin ho vbir syn,** ac si dicat: in principio erat verbum vel est verbum, cuius essendi modus sensum s. excedit et intellectum. **(Fol. 1b, Sp. 1).** Circa quod queritur, qualiter hic accipiatur principium, cum pluribus modis accipi possit. Dicendum, quod hic tripliciter accipitur: uno modo s. quod supponit pro persona filii, qui principium est creaturarum, de quo ipse dicit Jo. VIIII: Ego principium qui et loquor verbum; vt sit sensus: in principio erat verbum i. e. in filio erat verbum, ac si dicat: ipsum verbum erat principium, quemadmodum dicitur vitam esse in deo, que tamen non est aliud quam ipse deus. Hic secundum Origenem. Secundo accipitur principium prout supponit pro persona patris, qui est principium creaturarum non solum sed etiam filii, iuxta illud psalmi: Tecum principium etc.[3]); ut sit sensus: in principio erat verbum i. e. in patre erat filius. Hec Origenes et Augustinus. Dicitur autem filius esse in patre, quia est eiusdem essencie cum patre, unde ipse dicit Jo. XIIII: Ego in patre etc. Tercio potest accipi principium pro principio diuinacionis, ut sit sensus: in principio erat verbum i. e. verbum erat ante omnia, in quo designatur eternitas secundum Basilium et Hylarium. Per primam ergo exposicionem exprimitur verbi causalitas, per secundam ad patrem consubstancialitas, per tertiam coeternitas. Secundo queritur, quid sit hoc quod dicitur verbum? dicendum, quod tum ea quae sunt in voce apud nos sunt singna earum quae sunt in anima passionum. Illud intrinsecum anime nostre quod signatur exteriori verbo nostro, verbum hominis nominatur. Verbum autem Dei, de quo hic loquitur in 2 (?) Jo. 1. tres differentias habet ad nostrum verbum. Primo quia secundum Augustinum nostrum verbum prius est formabile quam formatum. Nam cum volo racionem lapidis percipere, oportet, ut ad ipsam raciocinando perveniam. Quamdiu ergo intellectus raciocinando sic discorrit, non est formacio perfecta. Quando autem ipsam racionem rei perfecte concepit, tunc primo habet racionem verbi, unde verbum nostrum primo est in potencia, postea in actu. Sed verbum dei semper est in actu, quare nec cogitacio in deum cadit. Secundum Dyonisium et Anshalmum secunda differencia verbi nostri ad dei verbum est, quia nostrum verbum est imperfectum. Non enim possimus ea que sunt in anima nostra uno verbo exprimere, sed utimur pluribus. Dei autem verbum verbum perfectissimum est. Cum enim deus intelligat et se ipsum et quidquid intelligit per essenciam suam vno actu, vnicum verbum diuinum est expressum tocius quod in deo est, non solum patris sed et creaturarum, ut ayt Augustinus, alias esset inperfectum. Vnde Jop. 33 semel loquitur deus, et psalmus semel locutus est deus. Tercia differencia est, quia [Fol. 1b, Sp. 2] verbum nostrum non est eiusdem nature nobiscum, verbum autem divinum est eiusdem nature cum deo. Intelligere enim anime non est idem quod esse naturale anime, quia anima non est ipsa sua operacio, et ideo verbum quod format intellectus noster non est de essentia eius, sed est ei accidens. Ideo autem idem est intelligere et esse, ergo etc. Tercio queritur, quare auctor ponit **ist** i. e. est, verbum presentis temporis, Jo. autem verbum preteriti inperfecti, dicendo: In prin-

[3]) = Psalm. 109, 3 Tecum principium in die virtutis tuae.

cipio erat verbum, unde videtur Jo. melius posuisse, eo quod preteritum imperfectum certum est fuisse, quia preteritum et non dum omnino preteriisse, quia inperfectum dicendum quod heri nostrum, cras et pridem semper deo nunc et idem. Bene autem positum est verbum presentis temporis, quia ad racionem eternitatis maxime competit presens tempus, 5 quamquam et Johannes pro eodem vtatur preterito imperfecto. Quarto queritur, quare posuit verbum et non filius? dicendum, ut non intelligas materialem et passibilem generacionem istam fuisse, sed processum verbi intelligibilem. Quinto queritur, utrum sit dicere in diuinis prius et posterius i. e. vtrum pater prior sit filio? dicendum quod in deo est ordo originis ex distinccione suppositorum etc.

10 **(Fol. 2a, Sp. 1.)** Sequitur aliud: **O rîcher hort**: finito primo membro periodi videndum est de secundo, quod auctor ammiratiue inducit exclamando propter ineffabilem et superexcellentem diuine huius generacionis ordinis (l. ordinem), dixit: **O rycher hort,** hoc est: O dives thesaurus vel magis o admirabiles diuicie; de quibus et apostolus Rom. XI: O altitudo diviciarum etc.

15 **(Fol. 2a, Sp. 2.)** Sequitur aliud: **Do ie begyn begyn gebar.** Hic auctor diuinas diuicias illucidat, de quibus admirando exclamat, sed dum ostensum sit has diuicias in simplicitate aut vnitate essentie diuine consistere, a qua relegatur omnis corporis pluralitas, que et monas dicitur et ab hoc auctore principium apellatur, qui dicit principium gignere principium. Queritur an vnitas gignat vnitatem, monas monadem, principium principium? 20 dicendum, quod sicut Alanus dicit ordinem originis, non diuinacionis, ut supra dictum est, nec idem gignit se, quia esset se ipso prior, quod est inpossibile, nec aliud in essentia, quod essent duo dy, sed alterum se; deus enim, ut dicit Alanus, ab hoc monas dicitur, quod de se gignit deum, sicut vnitas de se gignit vnitatem etc.

(Fol. 2b, Sp. 1.) Sequitur **O vater brost** etc. Superius commendabat deum 25 patrem a toto ibi: **o richer hort;** hic commendat eum a parte, qui cum secundum Dyonisium neque totum neque pars est, verum quia verbum est quod generatur, generacionis locus in diuinis a parte pectus accipitur. Significat enim pectus secundum Dyonisium principium et custoditum illius vnifice distribucionis a corde procedentis ut a supposito pectore. Sed locus iste generacionis diuine siue dicas pectus siue sinus ut hic siue vterus 30 vt in psalmo: Ex vtero ante luciferum genui te[4]), intimum dei secretum accipiendum est, omni prorsus occultum creature etc.

(Fol. 2b, Sp. 2.) Sequitur: **doch hot der schos das.** Hic est modo alia particula presentis periodi, in qua dicit filium a patre per generacionem non diuisum nec patri contrarium, sed habens cum ipso vnitatem nature et concordiam voluntatis, que quidem vnio per communionem 35 diuine nature in tribus personis et per nexum amoris patris et filii subsistit. Vnde subiungit:

Van czwein ein vlut, der mynnen glut etc. In prima periodo egit auctor de vnigeniti ab ingenito inseparabili emanacione. In hac secunda egit de spiritus sancti processione ab vtroque et dividitur in duas partes. In prima facit hic quod dictum est i. e. determinat quomodo spiritus sanctus procedit a patre et filio tamquam 40 tres in trinitate persone. In secunda parte dicit, quod hy tres vnum sint ibi: **dy drei syn eyn.** Prima adhuc in tres. In prima auctor comparat spiritum sanctum fluvio igneo. In secunda dicit, quod ab vtroque fluat equaliter et inseparabiliter. In tercia dicit, quod sit nexus amborum patris et filii. Secunda ibi: **vil ebyn glich.** Tercia ibi: **der czweyer bant.** Sequitur pars illa: **dy drey syn eyn** et diuiditur in duas. In prima dicit, quod 45 pater et filius et spiritus sanctus sint vnum. In secunda dicit vnicionem hanc sibi soli esse cognitam ibi: **Is weys sich selber allermeyst.** Circa primum queritur, vtrum spiritus sanctus sit igneus fluvius diuini amoris? Dicendum secundum Dyonisium, quod ignis si phas est dicere multas habet diuine proprietatis quantum [Fol. 3a, Sp. 1.] in visibilibus ymagines etc.

[4]) = Psalm 110,3.



(Fol. 3a, Sp. 2.) Sequitur: **dy drey syn eyn.** Si tres unum, ergo vna persona est in alia, dicendum quod sit natura, cum sit vna essencia trium personarum, que est idem quod quelibet personarum. Si diuina essencia est in patre et filius est diuina essencia, oportet filium esse in patre et spiritum s. in utroque, quia vtriusque amor est. Ex quo colligitur, quod hy tres vnum sint. Sequitur: **Weystu was? neyn.** Quare? quia omnibus 5
virtutibus inpossibile est, scilicet quia super sensum est archanumque omni racioni superracionale bonum. Quamquam quidem secundum Dyonisium a scripturis accepimus, quod pater est fontana diuinitas, filius autem et spiritus sanctus diuinigene diuinitatis si ita oportet dicere pollulaciones a patre naturaliter origenem habentes et sicud flores et supersubstancialia lumina. Quomodo autem hec sint, neque dicere neque cogitare est possibile. **Is** 10
weys sich selber allermeyst. Quare? quia solus deus ea que circa se sunt veraciter et vere cognoscit, scilicet scienter et proprie se ipsum sciens ut est. Nemo enim, ayt, nouit patrem nisi filius, et filium nisi pater. Sciens enim pater suam adorandam ymaginem i. e. filium scit et se ipsum. Id ipsum et de spiritu sancto senciendum est. Nemo enim nouit que sint dei, ut ayt scriptura, nisi spiritus qui est ex deo. 15

Sequitur aliud: **Der drier strick hat tifen schrichk** etc. Periodus hec nascitur ex precedenti ut precedens ex primo. In fine enim precedentis dictum est de trinitatis vnitate soli deo cognita, hic eandem vnitatem prosequens nexum eam trium appellat. Est autem nexus iste simplicitas incomprehensibilis essencie diuine, tres personas, quarum quelibet est perfectus deus, in vnitatem diuine substancie omnimoda simplicitate vniens et complectens; 20
et diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictum est. In secunda hanc vnicionem mistico comparat circulo omnia originante, ac si dicatur: alpha et o sum, alpha et o, secunda ibi: **der wunder rink.** Prima adhuc in duas. In prima tangit diuine essentie profunditatem, in secunda priuat eam hys que possunt dici de ea, ut pote tempore, forma et loco. Secunda ibi: **schach vnde.** [Fol. 3b, Sp. 1.] Cum intencio auctoris versetur circa distinctiuam et 25
vnitiuam theologiam, quarum prima consistit in vnitatis essencie trinitate, secunda in trinitatis eius vnitate, totam vim facit iu ipsa vnicione, quam nexum appellat, que sic vnum fiunt, vbi nec in personarum trinitate offendit vnitas nec iu vnitate essencie personarum diuersitas, quem nexum dicit terrere intuentem propter ipsius incomprehensibilitatem, quia eius quidem sciencia et contemplacio qualis est, ut ayt Dyonisius, omnibus est invia tamquam ab omnibus super- 30
essencialiter separata. Circa quod queritur, cum angeli semper videant faciem patris, vtrum vnius nexus profunditate terreantur? dicendum quod sic. Tremunt enim videntes angeli, sed versa vice mortalium etc.

(Fol. 4a, Sp. 1.) Sequitur **Scach vnde mat** etc. Hoc in loco innuit auferendas kathegorias ipsi diuine substancie, eo quod affirmaciones de deo dicte secundum Dyonisium 35
sint incompacte i. e. resilientes vel pocius non attingentes. Sed quia scire rem est eius causas cognoscere, ut harum dictionum duarum sc. **schach et mat** pleniorem habeas noticiam, causas invencionis earum breuiter cognoscamus. Erat imperator quidam in regione Lagada, quem vulgus illius regionis ymorlium appellabat cuius imperio triginta reges subditi erant. Ipse vero habebat filium nomine **Schakum**, quem misit pater cum exercitu in remotam 40
regionem, ut eam sibi subjugaret. Cum autem perrexisset et appropinquaret muro ciuitatis ut pugnaret, percussus est a fundibulariis et mortuus est. Cumque recederet exercitus et nemo auderet nunciare patri mortem filii, quidam vir sapiens, dictus rex Babilonie maioris nomine Sethon, quingentos habens filios, omnes ductos ad prelium, excogitauit ludum, cui imposuit nomen **schakum,** et ostendit imperatori et dixit: domine, videte iocum, cui nunquam 45
similem vidistis! Cumque imperator inspiceret, ceperunt filii ludere. Cum vero rex Sethon insinuasset et dixisset: domine senior, in isto loco iam erit mortuus **Schakus!** dixit imperator: forsan filius meus mortuus est nomine Schakus? Respondit rex Sethon: vos

34 **schach. math. aufferendas.** W. — 36 **exilientes** W. — 37 **sc.** fehlt W. — **math. habeamus** W. — 38 **bagada.** W. — 39 **ymorim** (= **immortalem?**). W. — 40 **stacum** (oder **scacum?**). W. — 47 **mortuus** ist von alter aber späterer Hand durchstrichen und darüber geschrieben **mattus.** Z.

ipse dixistis, quod mortuus est. Tunc exposuit ei ordinem rei. Cui imperator: da ergo consilium, quomodo possim vindicare filium meum. Ac ille ordinato exercitu preeuntibus pedibus iuxta disposicionem ludi hostes inuasit et occidit. Cui imperator ambas tabulas ludi nummis aureys (ut ipse petierat pro mercede) impleuit. Sed penitencia ductus imperator, quod tantam ei dedisset pecuniam, bellum sibi indixit. Rex autem Sethon convocatis quingentis filiis se defendit et imperatorem occidit, suos autem quingentos filios reges fecit, adjectis sibi insuper triginta regibus quos imperator sub se habuit. Ecce stilum temperantes, pennas anagoice contemplacionis submisimus, quod dulcius arrident seria picta iocis. Sed obicis: ex cordis leuitate jocus procedit et est res immatura [Fol. 4a, Sp. 2.] jocus et amica nitentibus annis i. e. puerilibus, vnde inter diuina iocum poni non decet. Secundo loco quod hec duo vocabula metaphorice hic posita sunt, ut sicud **schakus** dictus est **mattus** i. e. mortuus, sic tempus forma et locus ceteraque predicamenta de deo dicta penitus moriantur i. e. annullentur. Dicatur ergo eis schakus, ut excitata deo si possint inhereant, sin autem inclametur eis mattus, ut pereant etc.

(Fol. 4a Sp. 2.) Sequitur: **der wunder rynk** etc. In hoc loco vnicionem diuinam mistico comparat circulo, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Est autem progressio eius ab eodem in idem, qui dicit in Apoc: Ego sum alpha et o, de quo Alanus: monas gignit monadem et in se suum inflectit ardorem i. e. spiritum s. etc.

(Fol. 4b Sp. 1.) Gar vmbewedit stet syn punt. Dicto de spera dicit de puncto ipsius spere. Sed sciendum quod punctus in hoc loco non accipitur pro centro, quod est medium circli, sed pro eo puncto quod initium est et finis ipsius circumferencie, a quo semper circumferencia incipit et in quem desinit; cum enim de deo dicat Empedocles, quod deus est spera intellectualis cuius centrum ubique, circumferencia vero nusquam, speram ponit pro diuine essencie interminabilitate et eum nusquam esse pro eternitate etc.

(Fol. 4b Sp. 2.) Sequitur aliud: **Des punctes berg stig ane werg verstentlichkeyt** etc. O variarum figurarum dei, o altitudo diviciarum sapiencie et sciencie dei, trinitas inquam supersubstancialis et superdea et superbona inspectrix diuine sapiencie christianorum, dirige nos ad superignotum et supersimplicem et summum huius montis verticem, ubi simplicia et incomprehensibilia theologie misteria sunt clausa, sed supersplendentem (occulte docti silentii) caliginem superpulcris caritatibus in non habentes oculos mentes. In superiori periodo dictum est de mistico circulo et eius puncto superignito; hic docet, quomodo perueniatur ad eius noticiam, et diuiditur in duas partes. In prima parte dicit, quod altitudo huius sit scandenda semotis hys que sensu conprehenduntur et intellectu. In secunda ostendit, quo huius modi altitudo ducat ibi: **der weg dich treit;** et illa in duas. In prima docet, quod hec altitudo ducat in quoddam misticum desertum. In secunda ipsum desertum describit ibi: **dy breit, dy weyt.** Dicit itaque **des punctis berg** cum sancto Dyonisio et mistica theologia c. 1. Circa misticas huius puncti visiones forti contradiccione et sensus derelinque et intellectuales operaciones et omnia sensibilia et intellectualia et omnia existencia et non existencia, et sicut possibile est ignote consurge ad eius imitacionem, qui est super omnem substanciam et cognicionem. Habet enim necesse, quicunque has asscensiones in corde suo disposuit, quod sumat pennas ut aquila et perficiat pedes suos tamquam ceruorum ac super (Fol. 5a, Sp. 1.) excelsa montis huius se statuens ut pote in sublimibus et vnitivis diuine mentis theoriis firmiter figat gressus. Huius nimirum puncti eminenciam superexcellentem et excelsa transire oportet ascendentes ad diuinam vnicionem superlucentis et ignote caliginis, vbi vere est qui est super omnia. Sequitur: **Der weg dich treit.** Hic ostendit quo ducat huius puncti altitudo etc.

(Fol. 5a, Sp. 2.) Sequitur aliud: **Ir weyze dy ist sundirlich,** vt pote super esse, quod dat omnibus esse.

Das wuste gut ni vus durch wut, geschaffen syn etc. In superiori periodo

---

7 **penas,** ebenso 40. Z. — 17 = Apocal. 1, 8 u. 11. — 29 die Parenthese in der Hs. von später Hand.

egit auctor de mistico deserto, quod est esse diuinum ipsum, prout potuit describendo. In ista adhuc moratur in eodem, et diuiditur in duas partes. In prima dicit, quod hoc desertum sit omnibus invium, tamquam omnibus incognitum. In secunda dicit tamquam sit vbique. Secunda ibi: **Vs hi vs.** Prima adhuc in duas partes. In prima dicit, quod omnem intellectum excedit. In secunda subjungit causam, quia nichil sit eorum que sint, quorum tamen nobis cognicio est. Secunda ibi: **das vs is weder dis noch das.** Circa principium huius periodi sciendum, quod desertum hic misticum duobus precipuis auctor iste appellat nominibus, quorum vnum significat diuinam operacionem, aliud diuinam substanciam. Primum autem s. bonus primum est dei nomen et precipuum quo ad nos, quia ipsum secundum influenciam sue bonitatis primum habemus cognoscere, quia opera diuine bonitatis primo mouent hominem ad inuestigandam diuinam essenciam; secundum autem nomen primum est quo ad deum, quod est, qui est, quia significat deum ut primum ens i. e. ens non ab alio. Cum autem ens sit primum intelligibile et per se se offerens intellectui, secundum quod (Fol. 5 b, Sp. 1.) nominat omnia addita hac priuacione, non ab alio efficitur. Proprium nomen dei primum tangitur ibi: **das wuste gut,** quoniam deus bonus non solum appellatur sed et est, ut dicit psalmus: bonus estu.*) et ipsa veritas**): nemo bonus nisi solus deus etc.

(Fol. 5b, Sp. 2). Sequitur **vs ist.** Hic agit de secundo nomine, quod magis proprie denominare videtur substanciam diuini esse quam esse qui est; et licet quibusdam videatur, cum dicit **vs ist,** quod hoc vulgare pronominaliter ponitur, ac si dicat id est, ut referatur hoc de modo structum (?) id ad desertum misticum hoc est esse diuinum, melius tamen mihi videtur ut exponatur tamquam verbum substantivum inpersonaliter positum, ut scilicet absolutum et omnino indeterminatum intelligatur, et quia nullum verbum minus proprie dictum est (Fol. 6 a, Sp. 1.) de deo quam hoc verbum, eo quod hoc verbum nominat substanciam et apud philosophos dicitur verbum carens motu temporali etc. etc. Exponitur autem si placet hoc modo, ut cum dicitur **vs ist,** ut hoc quod est **vs** indeterminate diuinum esse significet, litera vero **ist** ipsius esse substanciam. Sequitur **Vs hi vs da.** Hic videtur modo innuere deum esse vbique. Non est autem estimandum, deum sic esse vbique, quod per locorum spacia diuidatur, quasi vna pars eius sit hic, alia alibi; sed totus vbique est etc.

(Fol. 6a, Sp. 2). Vs ist also: modus est loquendi affirmatiue prolatus, ac si diceret: sic se habet res, ut dictum est.

Vs licht, vs clar, vs vinster gar etc. In precedenti periodo descripsit esse diuinum ut a loco, hic describit ipsum ut a formali dispositione; et potest diuidi in tot partes quot commata in ipsa periodo distinguuntur, que per se preest intuenti. Dicit itaque **vs licht;** hic de superessenciali diuina luce insinuat, et quoniam inuisibilia dei per ea que facta sunt intellectu conspicantur, per lucem materialem ut per [Fol. 6b, Sp. 1] per obscuram ymaginem ad hanc lucem inuisibilem properamus (?). Est autem hec lux secundum Augustinum substancia corporea, summe simplex in substancia, summe multiplex in efficacia, summe mobilis et absolute penetracionis et minime resistencie etc.

(Fol. 6b, Sp. 2). Sequitur **vs clar.** Postquam diuinum esse laudauit a luce, hic laudat a lumine. Sed quia lumen differt a luce ut species a genere; omne enim lumen lux dicitur, sed non econuerso; et quia lumen est defluxus quidam a substancia lucis in corpore dyaphano receptus et vndique circumfusus, lumen hic diuinitati attribuitur prout in humanitate recipitur. Lux enim diuini esse inuisibilis et inaccessibilis in se, in humano susceptina corpore sit lumen rutilans et coruscans et positum super candelabrum primos radios in apostolos misit, in quibus multi plicati ut radii luminis in corpore denso totam cameram (?) splendoribus inpleuerunt. Est autem triplex lumen, ut dicit auctor perspectiue, sc. reflexum fractum et directum. Reflexum sicud in speculo et in aliis politis corporibus, que reiciunt a se lumen receptum. Aliud est lumen fractum sicut quando lumen venit ad

*) Ps. 119, 68. — **) = Matth. 19,17.

corpus densum aliquantulum quod non est omnino densum vel durum, recipit lumen in se, sed propter materiam omnino non obedientem illud non tenet rectum intensum, sed diuertitur (Fol. 7a, Sp. 1.) ab intensu recto et vocatur fraccio rady. Tercium lumen est directum, quod non repellitur nec invenit materiam aliquo modo inobedientem et transit libere et facit operaciones perfectas etc.

5 **(Fol. 7b, Sp. 1).** Sequitur: **Wer weret syn hus.** Sed nunquam hanc domum ignorauit psalmus*) dicens: Domine dilexi decorem domus tue et locum habitationis glorie tue! domum dei i. e. locum dei intelligens. Sed locum materialem deum habere superius negatum est. Spiritalem autem designat Ezechiel, cum dicit benedicta gloria domini **) de loco suo, supra quem locum gloriam domini Isayas vidit, cum dixit: Vidi dominum seden-
10 tem super solium excelsum***). Solium hic ordo tronorum dicitur etc.

(Fol. 7b, Sp. 2). **Wirt als eyn kint, wirt toup** etc. Habito superius de modo cogitandi deum, qui potissimus erit per viam remocionis, ut videlicet deus negetur esse aliquid eorum que sint; et hic modo docet, quomodo disponi debeat ipse qui cognoscit; et diuiditur in duas partes. In prima dicit cognoscere voluntatem (l. volentem) oportere ten-
15 dere ad non esse sui. In secunda hoc probat per locum a maiori ibi: **al icht al nicht.** Ac si dicat, accedentem oportet amouere, consequens est ut et se ipsum! Prima adhuc in duas. In prima dicit accedentem a se debere deficere. In secunda ostendit, que fuit vtilitas istius defectus ibi: **so kumstu;** dicit itaque **wirt als eyn kint.** Contra hoc prohibet apostolus: Nolite fieri pueri sensibus****): Secundo loco puer secundum Isidor. a pu-
20 ritate dicitur, unde Dyonisius Thymotheum episcopum ob studium innocentis vite in libris suis sepius puerum appellans in secundo de celesti jerarchia dixit sic: Tum vero, o puer, secundum sanctam nostre sacerdotalis (Fol. 8, Sp. 1) tradicionis legislacionem ipse sancte et decenter ausculta mirabiliter doctorum diuinus diuina in doctrina factus. Bene igitur dicitur **wirt als eyn kint** i. e. renouare spiritum nouitatis et forti contricione sensus derelinque etc.

25 **(Fol. 8b, Sp. 2.)** Sequitur: **Ouch bilde mit.** Cum fides christiana hominem de deo totaliter instruit et per lumen diuine reuelacionis omnium creaturarum cognitorem facit, deficit in homine diuine sapiencie similitudo. Omne enim quod hic in signo est, minus est quam illic in veritate est. Est enim diuina natura super omnes essentias et vitas, nullo quidem lumine eas katarterizante ut ait Dyonisius id est figurante, et est excellens
30 omni racione et intellectu incomparabiliter derelictis retrorsum a similitudine ipsius, quia omne quod intellectu creato recipitur creatum aliquid est et ipsum ergo in infinitum a deo distat, non potest igitur per huius lumen quod ab ymaginibus resultat intellectus creatus ad diuine essentie visionem eleuari, et ideo bene subdicitur: **Genk ane weg.** Contra Dyonisius triplicem docet viam, qua itur in deum. Quarum prima est per ablacionem ad
35 negacionem, ut cum dicatur deus non esse hoc vel illud. Secunda per eminenciam, ut cum in creatura inveniatur potencia, atribuenda est deo summa potencia et sic de aliis. Tertia secundum causam, sed quod per effectus venitur ad cognicionem cause vel per cognicionem motuum ad cognicionem mouentis, dicendum quod via creature in creatorem perfecte venire non potest; cum sit incomprehensibilis, sensus eum non percipit; cum sit invisibilis, lingua
40 eum non loquitur, nec explicat cum sit ineffabilis; tempus eum non mensurat, cum sit interminabilis; locus eum non capit, cum sit inscriptibilis; scriptura eum non explicat, cum sit inestimabilis; virtus eum non attingit, cum sit inaccessibilis; desideria et vota transgreditur, cum sit incomparabilis: et breviter omnis creatura [Fol. 9a, Sp. 1.] ad deum comparata defectum habet, quod infiniti ad finitum nulla est proporcio. Nulla igitur tendenti in deum
45 erit via ad terram desertam et inviam etc.

(Fol. 9a, Sp. 2.) **O sele myn, genk vs, got in** etc. In superiori periodo hortatus est auctor accedere volentem in agnicione dei se ipsum relinquere et omnia

---

*) = Psalm. 26, 8. — **) = Ezech. 10, 4 u. 18. — ***) = Jsaias 6, 1. — ****) = Epist. Pauli ad Corinth. I, 14, 20: fratres, nolite pueri effici sensibus.



transcendere. In hac vltima periodo exclamatorie **(Fol. 9b, Sp. 1.)** scilicet et hortatorie conuertit se ad se, ut elevet se super se persuadens et contestans, ut quod in genere docuit, in specie ipse perficiat. Dividitur autem in duas partes. In prima exhortatur se ipsum, ut se ipsum excedat. In secunda ostendit hoc esse necessarium, quia nec quis a se ipse deficiat secundum Gregorium ad eum qui supra ipsum est non appropinquat secunda (?) ibi: **vorlise ich mich.** Prima adhuc in duas. In prima loquitur ad animam suam. In secunda parte ac si loqueretur ad alium se, eo quod anima personam non constituat, cum sit altera pars compositi. In secunda totum se i. e. quidditatem ex corpore et anima constantem in diuinum supra se esse exoptat transformari. Ibi: **Sink al min icht** — et illa in duas. In prima comparat superesse diuinitatis nichili (so!). In secunda illucidat, quomodo hoc debeat intelligi ibi: **O oberweseliches gut.** Prima adhuc in tres. In prima dicit esse diuinum facere nichil propter excellentem eius profunditatem. In secunda exoptat se in hanc profunditatem inmergi: In tertia ostendit, quod huius profunditatis ignorancia perfecta sit de deo sciencia, secunda (?) ibi: **Sink in di grundelose vlut**; tertia ibi: **vli ich von dir.** Quoniam auctor in prima huius periodi ait de anima, notandum quod anime secundum Dyonisium est substancia vivens simplex et incorporea, invisibilis corporabilibus oculis, secundum propriam naturam immortalis rationalis intellectualis et figurabilis, organico vtens corpore etc.

(Fol. 10a, Sp. 1.) Sink in di grundelose vlut — fontem vite voluit dicere ad se ipsum effusum, a quo fluminis impetus ciuitatem dei letificans inmensurabili et copiosa et non defficiente bonorum affluencia exuberat, viuifica securitate replens et permouens omnia se participancia etc.

